Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ysa

i Talasar vbi est rex emath et rex arphat et rex urbis de
pharuaim ana et ana. Et tulit ezechias libros de manu nuntiorum
et legit eos et ascendit in domum dni et expandit eos coram dno et
oravit ad dnm dicens. Dne exercituum deus israhel qui sedes super
cherubim tu es deus solus omnium regnorum terre tu fecisti celum et terram
Inclina dne aurem tuam et audi aperi oculos tuos et vide et audi
omia verba sennacherib qui misit ad blasphemandum deum viventem
vere enim dne desolatis fecerunt reges assiriorum terras et regiones earum
et dederunt deos earum igni non enim erant dii sed opera manuum hominum
lignum et lapides et comminuerunt eos. Et nunc dne deus nr salua
nos de manu eius ut cognoscant omia regna terre. qm tu es dne solus
Et misit ysaias filius amos ad ezechiam dicens. hec dicit dne deus
israhel. Pro quibus rogasti me de sennacherib regem assiriorum
hoc est verbum quod locutus e dnus super eum. Despexit te et subsan
navit te virgo filia sion post te caput movit ergo filia jerusalem
an exprobrasti et que blasphemasti et super que exaltasti vocem et le
vasti altitudinem oculorum tuorum ad sanctum israhel in manu seruo
rum exprobrasti dno et dixisti In multitudine quadrigarum
mearum ego ascendi altitudinem montium iuga libani et succidam
excelsa cedrorum eius electas abietes illius et ibo altitudinem si
uitatis eius saltum carmeli eius. ego fodi et bibi aquam et con
siccabo vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. Nunquid non au
disti quod olim fecerim ei. ex diebus antiquis ego plasmauit illud et
nunc adduxi Et factum e in redigendo te in collium oppugnationem et
ciuitatum munitarum habitatores earum humiliata manu contremuerunt
et confusi sunt facti sunt sicut fenum agri et gramen pascue et herba
tectorum quam exaruit antequam maturescat. habitaculum tuum et ingressum
tuum et egressum tuum ego cognoui et iramam tuam contra me. ira fu
rens aduersus me. superbia tua ascendit in aures meas Pona
ergo circulum in naribus tuis et frenum in labiis tuis et reducam
te in viam per quam venisti Tibi autem hoc erit signum. Comede hoc
anno quod sponte nascitur et in anno 2o pomis vescere In anno
autem tertio seminate et metite et plantate vineas et comedite fructum
earum et erit id quod saluatum fuerit de domo iuda et quod reliquum e